



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**EXIMI-//VM PLANEQVE DIVI-//NVM OPVS
INCOMPARABILIS// Theologi Dionysij, professione
Car//thusiani, in quo opere contine[n]tur// quinque
humanae uitae specu//la**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, 1540

Specvlorvm Statvs Vitæ humanæ. Liber I. De Prælatiſ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55481](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55481)

SPECV

LORVM STATVS VI

tæ humanæ. Liber I.

De Prælatiſ.

De correptione & ſeruore erga ſubditos delinquentes, ac de multiplici dāno proueniēti tam prælatiſ quàm ſubditis ex defectu correptionis.

CAP. I.



SCRIPTVRVS per modicum ad meipſius, imo omnium prælatũ ſalutarem inſtructionem, accipio mihi loco thematis illud quod ſcribitur in libro Sapientiæ: Ardentem columnã ducem habuerunt. In quibus uerbis ſtatũ boni prælati penes quatuor conditiones deſcribitur. Debet enim bonus prælatus primo habere zelum ſeruoris & ſanctæ correptionis. Secundo ſtarum uigoris & ſupportationis. Tertio locũ amoris & communicationis. Quarto locum præceſſoris & informatoris. Primo ergo debet bonus prælatus habere zelum ſeruoris & ſanctæ correptionis ut ſit ardens per induſtriam, non tepidus per ignauiam, non ſumigans per uanam gloriam, non extinctus per infamiam. Ardentem, inquit. In cuius figura dicitur de Helia: Surrexit Helia quaſi ignis, & uerbum illius quaſi facula ardebat. Sed iſti igni adiungitur quandoque ſulphur, & quandoque thus. Quando thus miſcetur cum igne, tota domus in qua ſit hoc, ſuauiſter redolere quando

Sapient. 18.

Eccl. 10.

SPECVLVM

quādo uero sulphur adiungitur, ignis uehemēter ac
 cēditur & tota domus fœore repletur. Harū rerum
 aliqua adducemus exempla insignia, & deinde res
 propositas applicabimus. Dauid rex, cæli mundique
 rectori, templum in quo adoleretur et incensum ædi
 ficare uolens, eius laudauit propositum, sed per filiū
 eius Salomonem hoc adimpleri uoluit dominus, qui
 templum extruxit magnificentissimum, in quo ado
 leuit suauē fragrans thus miscens igni. At post obitū
 eius diuiso p̄pulo Israelitico in duo regna, omnes
 reges Israel usq; in captiuitate Babylonicā, relicto deī
 templo, Idolis sacrificauerunt, igni sulphur miscen
 tes, e quo sulphure decē tribus Israel ad idololatriam
 declinauerunt, gubernatorisq; uniuersorum præce
 pta & mandata contempserunt. Nec hoc sufficit, ino
 reges domus Iuda, præcipue Manasses, relicto deī
 templo idolis sulphur igni miscens, sacrificau
 erunt, qui scilicet Manasses rex ad tantū deuenit im
 pietatis, ut destructis domini altaribus omni militiæ
 cæli aras constueret, in quibus sulphureū adolebat
 incensum. Verū aliqui reges domus Iuda, præcipue Iosias
 rex sacrificia ignita thure perfudit, quando idolo
 latriæ igne extincto omnia idolorū phana destruxit.
 Dominiq; dei altaribus extructis, ipsi adoleuit in
 censum thuriferum ac bene fragrantem. Non igitur
 mirū uideatur, si quam plurimi hodie inueniātur præ
 lati igni sulphur miscens, quandoquidem solus Da
 uid rex deo obtulit sacrificia in quibus semper igni
 thus miscēbatur: Salomon uero rex, ob mūdi hui⁹ de
 litias uxorib⁹ et cōcubinis suis eadē phana in quib⁹
 igni sulphur immiscuerat edificauit. Et hi reges Iuda
 qui igni sulphur nō miscuerunt Aa, Iosaphat, Ozias,
 Ioathan, Ezechias, Iosias. Cateri uero reges peccatis
 magnis

magnis populi in scandalizauerunt. Quando igitur
 thus miscetur cum igne, tota domus, &c. Et isto mo-
 do moraliter loquendo, est de praelato nonnunquam.
 Contingit enim quandoque, quod praelatus laterales con-
 siliarios sibi adsumit, personas sulphureas inardentes
 per malitiam & foetetes per infamiam. Et quando
 sic est, tota domus repletur abominatione & foetore.
 Quando uero contingit, quod praelatus consiliarios
 & collaterales sibi facit de sanctis personis, deuotis &
 honestae famae, tunc nulli dubium, quin domus tota
 replatur dulcedine dilectionis & suauitate pacis, quae
 per thus significatur. Et tunc uerificatur de tali praelato
 illud Ecclesiastici: Quasi ignis est fulgens, & quasi
 thus ardens in igne. Et ideo qualis conditionis debe
 at esse, a quo praelatum consilium conuenit petere. Ecclesi. 48.
 clare & eleganter describit Ambrosius de officiis. Ad-
 uertendum (inquit Ambrosius) quod in inquirendis con- Lib. 2.
 silijs primum se aditigat uitae probitas, uirtutum prae-
 rogatiua, beniuolentia usus, facultas gratiae. Quis e-
 nim in cerno fontem requirat? quis de aqua turbida
 potum petat? Ita ubi luxuria est, ibi intemperantia
 uiriorum confusio. Quis inde sibi aliquid habundantem
 existimet? quis utilem iudicet? quis non despiciet mo-
 rum collusionem causa alicuius, quem uidet inuicem
 uitae suae. Quomodo cum potero iudicare consilio su-
 periore, quem uidero moribus inferiore? Si prae-
 me debet esse, cui me committere paro. Quomodo enim
 idoneum putabo qui mihi det consilium, qui non de-
 dit sibi, & mihi et in uacare credam cui non uacet si-
 bi, cuius: nimum uoluptates occupant, libido deuin-
 cit, auaritia demergit, cupiditas perturbat. Pacis An-
 brosius. Hi uero, qui ab ipsis politicis, tam civilis quam
 ecclesiastica rectoribus, in partem sollicitudinis pro-
 pter

S P E C V L V M

Simile. pter curarum releuamen assumuntur, sunt uelut super
 cilia ipsorum praesidentium, qui oculorum officium
 gestant. Sicut enim supercilia proteguntur oculi a quo
 cunq; improviso pulueris illapsu, uel a uentorum tur
 bine, & uniuersaliter a qualibet alia aduentitia occa
 sione, quae possit acumen eorum obtundere: ita & fide
 les officiales, ut sunt in ordine Charthusien. uicarij &
 procuratores, suos priores ab omni hostili iaculo, ab
 opprobrijs detrahentium & murmuratorum prote
 gunt, & contra cuncta pericula munimen se offerunt,
 & animam suam ponunt pro illorum reuerentia, ne ho
 nor aut obediencia ipsorum in aliquo minuat: & ne
 aliquis subditorum contra eorum bonam famam qd
 moliat. Praelatos uero oculorum officium pari
 ter & in aginem seruare dixi, qui in fronte in eminen
 tiori parte corporis locati sunt, ut possint corporis pe
 ricula priusquam immineant prauidere, omnis insu
 per hostilis aduersitatis accessum nunciare, iuxta il
 lud Ezechielis: Speculatorem dedi te domui Israel. Na
 sicut speculatoris est de loco editiore prospicere, plus
 omnibus contemplari: ita praelatus scientiae sublimi
 tate & metali uigilia celsior debet esse cunctis, qua pos
 sit sub se uiuentes instruere, & iter eis ueritatis osten
 dere, ut dicit Prosper: Est igitur ut ad propositum re
 deam, praelatus, quasi ignis ardens per syncerum zelum.
Prosper. Nam praelati negligentes in correctione, adsimilan
 tur secundum Isidorum dormienti, de cuius manu ca
 dit baculus pastoralis, & pictores pingunt talem qua
 si accubantem in cathedra super cubitum somno gra
 uatum, & cadentem de manu eius baculum pastora
 lem. Et sic bene adsimilant. Ex dormitione enim negli
 gentiae uirgam correctionis amittunt. Et ideo ad eui
 gilandum eos dicitur eis in persona summi praelati:
 Simon

Simon dormis. Et illud Zachariae. O pastor & idoli-
 derelinquens gregem. Præterea isti sunt, qui nunquam
 utuntur irascibili potentia in bonum, non irascentes
 contra delicta, sed omnia cum quadam stulta patien-
 tia quasi insensibiles sustinentes. Contra quos dicit Per-
 nardus: Nō irasci ubi irascendū est, peccatū est. Et Be-
 nedictus in regula: Non dissimulet abbas peccata de-
 linquentium, sed mox ut oriri cœperint, radicitus ea
 ut praualeat, amputet. Et notandum quod ex negligē-
 tia corrigendi multa mala sequuntur, quorum quæ-
 dam redundant in prælatum, quædam in delinquen-
 tem. Sunt autem tria mala quæ redundant in præ-
 latum. Primum est cōfusio. Sicut enim honor est pa-
 tri habere bonos filios: ita redit in confusionem suam
 malitia filiorum. Vnde Ecclesiasticus: Confusio est pa-
 tris de filio indisciplinato. Secundū est culpa. Trans-
 cunt enim in prælatum culpa subditorum, quas nō
 corrigit. Origenes super Exodum: Ut uideo Ietro nō
 frustra uenit ad Moysen, nec frustra manducauit pa-
 nem cum senioribus populi in cōspectu domini. Dat
 enim cōsiliū Moysi probabile satis & utile, ut eli-
 gat uiros & cōstituat principes populi uiros deum co-
 lentes, uiros potentes & odientes superbiam. Tales e-
 nim oportet esse principes populi, qui non solum su-
 perbi non sint, sed et qui oderint superbiam. Idem: Ut
 non solum ipsi absq; uitio sint, sed & in alijs oderint
 uitia. Non homines dico odisse, sed uitia. Gregor. in
 pastorali: Si rector minus contra culpas accendatur,
 culpa: um omnium ipse reus tenetur. Huius autem ex-
 emplum manifestum est in medico. Certum est enim,
 quod reus est mortis infirmi suscepti in cura, nisi faci-
 at quod in se est de infirmo curando. Aliud exēplum
 ponitur in glosa super Numer. de pedagogo, cui cul-
 pa

Matt. 14.
Zacha. 11

Bernar.
Bened.

Eccle. 12.

Homil. 11.

Numer. 25. pa attribuitur: si puer sua instructioni commissus, minus disciplinatus ex sua negligentia inueniatur. Aliud exemplum ponit Benedictus in regula de pastore, dicens: Sciat abbas culpae pastoris incubere, quidquid pater familias in ouibus minus utilitatis poterit inuenire. Et ideo debet praelatus dare operam diligentem circa subditos, ut debitum fructum in operibus bonis edant, exemplo illius boni pastoris qui dicit: Oves tuae & caprae tuae steriles non fuerunt. Ve multis praetis,

Gen. 31. qui hoc non cogitant. Sicut fecit Augustinus, qui dixit: Quid faciam, cum exigeretur a me ratio tot animarum, quae pendunt ad collum meum? Tertium est poena temporalis: Pununtur enim non solum in futuro, sed etiam in praesenti praelati negligentes. Hinc est: quod patrum recum tertio dixit dominus: Eo quod nouerit Heli

Iob. 23.

Grego. Nazan.

ne agere filios suos & non corripuit eos, idcirco iuravi domini Heli, quod non exierit iniquitas domus eius uictimis & muneribus in aeternum. Nunc inuenimus uel scriptum legimus excessum Heli in propria persona, non eus luxuriam, non gastrimargiam uel auaritiam. Si enim talis esset, non solum de filiis eius, sed de ipso dominus conquereretur. Et tamen quia zelus caruit & negligens atque remissus fuit, cum filiis suis interiret, iudicio diuino percussus, eo quod iniquitatem filiorum sustinuit, iuxta illud Iob: Si sustinero, infernus domus mea est. Vnde & Grego Nazanenus magister Hierony gloriosi in Apologetico sic dicit: Heli sacerdos pro filiorum iniquitate damnatur, quod eos diuina sacrificia remuneraret, minus se uel ra animaduersione plectebat. Miserum me. Et quidem coercuit, & quidem corripuit, sed lenitate et mansuetudine patris, non seueritate & autoritate pontificis. Est autem praelatus usquequaque inutilis apud quem disciplina non uiget.

Hoc

Hoc idem legimus in Numer. de duodecim principi- **Num. 22.**
 bus filiorum Israel, quos dominus præcepit suspendi
 in patibulis contra solem, eo quod filios Israel forni-
 cari cum filiabus Madian permiserunt, uel negligenter
 corripuerunt. Contra solem principes suspenduntur,
 ut arguantur à luce, quia prælati non solum pro suis
 peccatis arguentur a sole iustitiæ, sed etiam pro pec-
 catis subditorum si fuerint negligentes. Si autem di-
 ues in inferno de fratribus suis sollicitus fuit, ne uen-
 irêt ad locum tormentorū, peiores sunt eo qui de per-
 ditioe animarum non curant. Vnde ubi dicit in Exo. **Exod. 32.**
 Qui uir dei est, accingatur mecum, dicit exposi-
 tor. Virum dei se negat, qui uitam carnalium quantum
 sufficit, arguere recusat. Et super illud quod in eodem
 capite dicitur: Consecrasti hodie manus uestras deo,
 dicit expositor Si cōsecratio est sumere uindictam de
 peccato, profecto uitia sine increpatione uel ultione
 transire, est execratio, quia facilitas ueniæ incentiuū
 præbet delinquendi. Gregori. in registro: Studeamus
 cor nostrum terrenorum pastorum imitatione succē- **Gregorius.**
 dere, qui hyemales noctes imbribus, geluq; ducit per-
 uigiles: ne uel una ouis & non forte utilis pereat. Quā
 etsi insidiator ore uoraci momorderit, quomodo sara-
 gunt, quibus cordis anhelat æstibus, in quas uoces ut
 eruant captum pecus angustia stimulante profiliunt,
 ne à gregis domino quidquid per incuriam perdidē-
 runt, exigatur. Vigilemus igitur, ne quid pereat: & si
 captum forte quid fuerit, uocibus diuinorum cloqui-
 orum ad gregem dominicum reducamus, ut ille qui
 pastor pastorum est, uigilasse nos circa ouile suū suo
 dignetur misericors iudicio cōprobare. Quot enim
 fructus domino multiplicati gregis ostendemus, si &
 ipsum quem pascendum suscepimus, ociosa mēte cer-

S P E C V L V M

nimus à bestia deuorari. Sunt quoq; alia tria ma-
la, quæ redundant in damnum delinquentis. Primū
est excæcatio, credit enim interdum delinquens, cum
non corrigitur, illud quod fecit, non esse malum, uel
non esse tantum malum. Ideo dicit Grego. in Pastora-
li: Nonnulla uehementer increpanda sunt, ut dum cul-
pa ab actore non cognoscitur, quanti ponderis sit, ab
increpantis ore sentiatur. Et ideo bene dicitur in Pro-

Pro. 29.

Virga & correctio tribuit sapientiam. Secun-
dum est delicti multiplicatio. Delictum enim quod nō
corrigitur, facilius multiplicatur. Vnde Bernardus:
Impunitas est insolentiæ mater, radix impudentiæ,
transgressionum nutritrix. Et ideo quoniam cito non
fertur contra malos sententia, idcirco absque timore

3. Reg. 1.

hominum perpetrant mala. Tertium est fi-
nalis perditio. Qui enim non corriguntur, facilius de-
licta continuant, & ideo finaliter perduntur: sicut pa-
tet de Adonia, dicente: Ego regnabo, quem pater non
corrigit aliquando, & ideo finaliter est interfectus.
E ideo dicit Ecclesiasticus: De patre impio queruntur
filij, quoniam propter ipsum sunt in opprobrium.

Eccl. 41.

Dicitur de quodam iuvene, quod cum propter deli-
cta sua duceretur ad patibulum, & a patre eum sequē-
te, peteret osculum, in fine arripiens eum dētibus na-
sum eius abscidit, & dixit, quod hoc fecit, quia pro-
pter eius culpam, qui nunquam eum correxerat ab im-
fantia, uenerat in opprobrium. Dicit Apostolus ad He-
bræos: Si extra disciplinam estis, cuius participes fa-

Heb. 12.

cti sunt oēs filij dei. Qui ergo subditos suos relinquit
sine disciplina, de filiis dei facit filios diaboli, siue beli-
al: qd dicitur absq; iugo. Contra quos dicit Apost. ad

Eph. 3.

Ephes. Educate filios uestros in disciplina & correctio-
ne dñi. Solon philosoph⁹ unus de septē sapiētibus Gre-
tiæ

ita interrogatus, qualis debeat esse populi rector, ait:
 Populi rector prius se quàm populū rectificare debet. Alio
 quin erit uel ut is qui umbrā curuā rectificare conatur
 priusq̃ uirga curua umbrā faciens recta fiat. Socrates
 philos. Atheniēsis: Qui in alios potestatem exeret, prius
 cōsciētā purgare debet, ut qui delicta corrigit nō ad-
 mittat, uitetq; quod uindictat. Stultum est aut̃ ut uelit
 quis imperare alijs, cum sibiipsi imperare non possit.
 Plato philosophus: Qui suam animā, quæ una est, gu-
 bernare nō potest: quomodo multorum hominū gu-
 bernator erit? Tullius: Cum inferiore uiuas, quem ad-
 modum superiorem tecū uelis uiuere. Idē dicit Greg.
 in registro ad Ioannem episcopum Syracusanū Tales
 erga subiectos nostros debemus existere, quales
 si subiecti fuissetus, nostros uolueramus esse p̃a possi-
 tos. Cylon philosophus: Oportet principem & domi-
 natorem mansuetum esse, ut proximi magis reueren-
 tur, quàm timeant.

Quod scientia & sapientia princi-
 pi ac prælato est neces-
 saria.

CAP. II.

SECUNDO prælatus debet habere statum uir-
 goris & supportationis, ut sit columna fortiter
 supportans regiminis sui onus. Vnde Hieremias: De-
 dite hodie in ciuitatem munitam, & in columnā fer-
 ream, & in murum æneum super omnē terram. Quā-
 diu enim columna est recta, fortiter supportat onus
 suppositum: sed quam cito incipit curuari ad unā par-
 tem

B h

tem

S P E C V L V M

Iud. 15.

tem uel ad aliam, statim fabrica tota cadit: Ita est moraliter, quamdiu praelatus seruat rectitudinem & iustitiam, sequens iura & bonam conscientiam, merito supportat & exequitur causam suam: quando uero declinat ad latus propter afflictionem uel offensam non reprimendo, defectuosos & non fouendo bonos, tunc fabrica tota cadit. In cuius figura legimus quod Samson ducis concutiendo columnas, quibus tota innitebatur domus, domum prostrauit, & se ipsum et omnes qui in ea erant occidit. Iste modo moraliter loquendo, est de diabolo. Afficit enim aliquando unam congregationem deuotorum subuertere, & eos spiritualiter occidere, hoc est, ab eis charitatem, qua est uita spiritalis, auferre: & ut illud faciat, breuiorem uiam non habet, nisi columnas illius congregationis concutere & alid. e per turbationes & commotiones. Vnde Job. 6. Qui commouet terram de loco suo, & columnae eius concutientur. Legimus in historijs scholasticis super Genesim, quod Cham filius Noe, septem artes liberales in quatuordecim columnis descripsit, quarum septem erant aerea & septem latera, ut contra diluuium ignis & aquae imperpetuum permanerent: in figuram, quod in praelatis qui columna dicuntur, sufficientia de esse scientiae non debet: & ideo sapientia dicitur excidisse columnas septem, Proverborum primo: quia nisi praelatus ecclesiae sapientia & scientia sacrae scripturae fuerint informati, ecclesiae fabrica tota ruat. Et ideo signanter dicitur Aggaei. 2. Interroga sacerdotes legem. Super quo dicit Hieronymus: Considera sacerdotum esse officium de lege interrogatos respondere. Si sacerdos est, sciat legem domini: si ignoret legem domini, ipse se arguet, non esse sacerdotem domini. Gregorius quoque Nazanzenus in apologetico suo dicitur

cit: Quamuis perdifficile sit scire regi, hoc est, regenti Gregor. Na
 se obtemperare, multo difficilius est scire alios rege-
 re. Reuera enim hominem regere, mihi uidetur ars
 artium & disciplina disciplinarum: quia certe homo
 est inter omnes animantes, & moribus uarius, & mo-
 ribus diuersus. Vnde & Salomon a domino commen-
 datur, eo quod ab ipso inuitatus, ut quod uellet pete-
 ret, prae omnibus sapientiam ad gubernacula populi
 petiit, eamque diuitijs & honoribus praesulit. Ioannes
 episcopus Saresburiensis in suo polycratico libro quar-
 to, cap. 7. de isto sic dicit: Audi quam legem imponat
 principibus & praelatis rex magnus super omnem ter-
 ram, terribilis & qui aufert spiritum principum. Po-
 stquam (inquit) sederit rex in folio regni sui, describet
 Deuteronomium legis huius in uolumine, accipiens
 exemplar a sacerdotibus leuiticae tribus, & habebit se-
 cum, legetque omnibus diebus uitae suae, ut discat time-
 re dominum deum suum, & custodire uerba & cere-
 monias eius, quae in lege praecipita sunt. Ecce, quia prin-
 ceps non debet esse iuris ignarus: & licet multis priui-
 legijs gaudeat, nec militiae praetextu legem domini p-
 mittitur ignorare. Habebit ergo, inquit, secum legem
 prouidens ne ad damnationem suam cum eam habe-
 re necesse sit, habeat contra se. Potentes enim poten-
 ter tormenta patientur. Et adiecit. Legetque illud, legem
 siquidem habere in mantica paruum prodest, nisi fide-
 liter custodiatur in anima. Legenda est ergo omnibus
 diebus uitae suae. Ex quibus liquido constat, quam ne-
 cessaria sit principibus & praelatis peritia literarum,
 qui legem domini quotidie reuoluere lectione iubentur.
 Et forte, quod sacerdotes legem quotidie legere iube-
 antur, non frequenter inuenies: princeps uero siue pra-
 latus quotidie leget & omnibus diebus uitae suae, quia

3. reg. 3.

B iij qu

SPECVLVM

Episto. regis qua die non legerit legem, ei non dies uitæ sed mortis
 Rom. ad re- est. Hoc utiq; sine difficultate illiteratus non faciet. Vn
 gem Franco de & literis, quas regē Romanorū ad Francorū transf
 sorum. misisse recolo, quibus hortabatur ut liberos suos libe

ralibus disciplinis institui procuraret, hoc inter cæte-
 ra eleganter adiecit, quia rex illiteratus est quasi assi-
 nus coronatus. Si tamen ex dispensatione ob egregiæ
 uirtutis meritum principem contingat esse illitera-
 tum, eundem, agi literatorū cōsilijs, ut ei res recte pro-
 cedat, necesse est. Adstant ergo ei Nathan propheta
 & Sadoch sacerdos & fideles filij prophetarum, qui
 eum à lege domini diuertere non patiantur, & quam
 ipse oculis animo non ostendit, linguis suis introdu-
 cant, quasi quodam aurium ostio literati. Legat ita-
 que mens principis in lingua sacerdotis, & quidquid
 egregium uidet in moribus, quasi legem dei ueneretur.
 Nam uita & lingua sacerdotum, quasi quidam
 liber est uitæ in facie populorum. Nec expers omni-
 no lectionis, qui & si ipse non legit, quæ leguntur ab
 alijs fideliter audit. Extat epistola Philippi Macedo-
 nis destinata Aristoteli nuper nati Alexandri (ut spe-
 rabatur) magistro. Philippus Aristoteli salutem di-
 cit: Filius mihi genitum scito, quo equidem dñs ha-
 beo gratiam, non proinde quia natus est, sed quia
 eum nasci contigit temporibus uitæ tuæ. Spero ete-
 nim fore, ut educatus eruditusque à te, dignus existat
 & nobis, & rerum istarum susceptione. Socrates
 tunc demum respublikas fore beatas adseruit, si eas
 philosophi regerent, aut rectores earum studere sa-
 pientiæ contigisset. Romanos imperato-
 res aut duces, dum eorum respu-
 blica uiguit, illiteratos exti-
 tisse non memini.

De affectione charitatiua prælatorum ad subditos,
 & econuerso: & de hoc quod necesse est præ
 lato ut diligatur & timeatur a subditis.

CAP. III.

TERTIO debet prælatus habere locum amo-
 ris & communicationis, ut per beneuolentiam
 & affectionem bonam subditos habeat, & a subditis
 habeatur. Et hoc notatur, cum dicitur, habuerunt De
 bet enim prælatus haberi ab omnibus, & nõ a quibus
 dam tantum & a quibusdam non: sed omnibus & sin
 gulis debet esse communis. Vnde in laudem Triani
 Imperatoris dicitur, quod arguentibus eum familia-
 ribus de communicatione nimia, eo quod ad subdi-
 tos nimis erat affabilis, ultra id quod imperatoriam
 decet dignitatem, respondit talem se uelle esse impe-
 ratorem priuatis, qualem sibi esse imperatorem priua-
 ti optassent: sicut dicit Eutropius Romanę historię li-
 bro octauo. Et sic etiam Iulius Cæsar amorem suorũ
 militum meruit, quia eos nõ milites, sed potius cõmi-
 litones nominauit. sicut de eo narrat Suetonius libro
 primo. Et Vegetius de re militari libro tertio, cap. de
 cimo octauo docet, quod in exercitu bene ordinato
 tres debent esse duces. Primus, secundus, tertius. Pri-
 mus autem qui præcipuam sustinet potestatem, debet
 esse in parte dextra inter equites & pedites, ut consi-
 lio regere, & autoritate tam equites quam pedites ad
 pugnam possit hortari. Moraliter loquendo: sic præ-
 latus cõmunis persona debet esse, ut maioribus & mi-
 noribus suæ beneuolentiæ æquitatem ostendat, non
 semper cum equitibus proprium requirat honorem,

Laus Triani
 imperatoris

B III PIC

S P E C V L V M

nec semper cum peditibus subiectionis nimiae negligentia torpore torpescat. Sic enim Christus in familia, hoc est, inter Apostolos, se habebat. Nam aliquando se exhibebat superiorem, ubi aiebat: Vos uocatis me magister & domine, & bene dicitis. Sum etenim. Aliquando uero se exhibebat inferiorem, iuxta illud. Ego autem in medio uestrum sum sicut qui ministrat. Aliquam aequalem, ut cum diceret: iam non dicam uos seruos, sed amicos meos. Amicitia enim aequalitatem requirit, prout docet philosophus. 7. ethicorum, cap. 6. Eodem modo aliquando praelatus inter suos subditos debet esse maior, quantum ad iniquitatis correctionem, iuxta illud ad Tit. Argue cum omni imperio. Minor quantum ad humilitatis reputationem, iuxta illud prima 1. Cor. Facti sumus paruuli in medio uestrum. Aequalis, quantum ad amicabilem conuersationem, iuxta illud Ecclesiastici: Rectorem te posuerunt fratres tui, noli extolli: esto inter illos quasi unus ex illis. Dicit Aristoteles. 13. de animalibus, quod cor est commune principium, a quo omnia membra uitam & principium recipiunt, declinans in homine magis ad sinistram partem, quam ad dextram. Isto modo praelatus est cor in corpore Christi mystico, a quo omnes subditi recipere debent uirtutem & consolationem et influentiam sui motus. Debet tamen ad infirmiores compatiendo fauorabiliter declinare. Vnde Bernardus: Sciunt fideles prepositi animarum languentium curam sibi traditam. Cumque interdum cuiusquam murmur querulae uocis deprehendunt, & si in ipsos usque ad conuicia proruperint, medicos se non dominos cognoscetes, parent confestim contra animam phrenesim non uindictam, sed medicinam. Natura iterum docuit omnia animalia, quod maiorem curam habet de fortibus ad-

huc

Ioan. 13.

Luc. 22.

Ioan. 14.

Tit. 2.

1. Thess. 5.

Eccles. 32.

huc debilibus, quam quando facti sunt fortes. Contrarij ergo sunt naturæ prælati ad infirmos crudeles.

Item prælatus potius adiungitur ad onus quam ad honorem, non propter bonos & perfectos, sed propter minus bonos. Et ideo illos subditos, qui propter aliam quam infirmitatem mentis uel corporis sunt onerosi, non debet proijcere, sed potius humeros supponere ad portandum. Bernard: Quid causaris aliquorum qui tecum sunt magis grauari consortio quam frui solatio, cum solus omnibus datus sis solatium tanquam omnium sanior omnium fortior? Quotiens ergo de tuis inuenis tristes, pusillanimes & querulosos, ipsorum patrem te cognoscens & abbatem, consolando, exhortando, increpando age opus tuum, & portando sanes ~~gras~~ seruando portas. Tales enim suscipiendi sunt inter brachia patientiæ, ut sint materia ad merendum. Vnde & Grego lib. secundo super Ezechielē, Homilia nona: Bonus ille discipulus, qui magistrum tollere in aere uidebat, per magnum charitatis affectum clamabat, dicens. Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. Quid est fratres charissimi, quod Helias currus Israel & auriga dicitur, nisi quia auriga agit & currus portat? Prælati ergo qui mores populi & per patientiam sustinet, & sacri eloquij uerba docet, & currus dicitur & auriga. Currus, quia tolerando portat: auriga, quia exhortando agit. Currus, quia mala sustinet: auriga, quia a populo bonis admonitionibus exercet. Preterea sciendum, quod prælato necessarium est, ut timeatur & ametur, sed secundum est melius. Ideo dicit Augustinus in regula: quod quamuis utrumque prælato necessarium ut sit appetendum, scilicet timeri & amari, tamen secundum est melius. Est autem necessarium prælato ut timeatur, timeatur, iudicetur & hoc propter subditorum utilitatē. Sunt enim multi xta ac amatores illorum tur.

Prælati non honos, sed onus.

B

V

illorum tur.

S P E C V L V M

illorum frequenter qui magis timore quam amore inducuntur ad bonum, Augustinus: Sicut meliores, quos amor dirigit: ita plures sunt, quos timor corrigit. Item propter status sui exigentiam. Indecens enim est & inconueniens, quod aliquis præsit aliquibus, & non timeatur ab eis. Et ideo dominus qui dedit homini dominium super animalia, misit cum hoc timorem ipsius super ea. Genesis nono: Terror uester & tremor sit super cuncta animalia terræ. Item propter dei honorem. Non enim est ad honorem regis sed confusionem, cum eius baculus non timetur. Et ideo dicitur prælatis, Lucæ. 4. Qui uos spernit me spernit. Sunt autem tria quæ ualent ad hoc, ut prælatus timeatur. Primum est morum grauitas. Sicut enim quædam conformatur se quotidianis leuitatibus multitudinis, fit ex hoc contemptibilis prælatus: sic grauitas facit eum haberi in timore reuerentiali. Propter hoc dicit Iob tricesimo. Videbant me iuuenes & abscondentur. Secundum est usus authoritatis. Sunt enim quidam qui nunquam prodeant ad opus aliquod uirile ex autoritate quam habent, & ideo non timeantur, sicut statuæ quæ nunquam aliquid faciunt, processu temporis non timeantur ab auibus. Et ideo dicitur ad Titum. 2. Argue cum omni imperio, nemo te contemnat. Quasi diceret: Ideo fac hoc imperiose, ne uestaris in contemptum. Tertium est rigor iustitiæ, cum uidelicet talis est quo domino creditur, quod aliquo modo a iustitia statatur. Et ideo dicitur de Herode. Herodes metuebat Ioannem, sciens eum uirum iustum & sanctum. Iterum secundum quod dictum est, licet sit necessarium prælato quod timeatur, tamen magis est ei curandum de amore subditorum: & hoc multis de causis. Quarum alie sunt ex parte subditorum, alie ex parte prælati. Quod sic patet: Illud

**Tria faciunt
prælatus esse
se timori.**

Marc. 6.

lud quod imponitur amari, licet difficile sit, tñ sit fa-
 cilius q̄ quod imponitur timēti. Vnde autoritas: Amā-
 ti nihil est difficile. Item q̄d fit a tali, quia fit hilari-
 ter, & nō cum tristitia sicut q̄d fit ex timore, acceptum
 est deo. 2. ad Corinth. 9. Non ex tristitia uel necessita-
 te, hilarē enim datorē diligit de⁹. Itē timentis est fu-
 gere, diligentis uero ad hærere, & ideo ubi subditi ti-
 mētes fugiunt. interdum ipsi diligentes adherent præ-
 lato infatigabiliter: sicut Lucas Paulo secundum Hie-
 rony. Et ideo dicitur ad Coloss. charitas uinculū per
 fectionis, id est, uinculum perfectum. Item prælati in-
 digēt portari in multis, hoc autē facit amor. August.
 Tantum quisq; portat, quantum amat. Item indi-
 gent iuuari in multis, hoc autem facit dilectio. *Ami-*
 ci enim est iuuare amicum, & pro adiutorio solet u-
 nus ad alterum recurrere. Vnde illud Iob: Misere mini
 mei, misere mini mei saltem uos amici mei, scilicet ad
 iuuandum. Item frequenter a subditis molestan-
 tur, sed dilectio non nouit hoc facere, quia dilectio
 proximi malum non operatur, scilicet contra dile-
 ctum, ait Paulus ad Romanos: Quantum ergo præla-
 ti debent apparere ut a subditis diligantur, tum quia
 subditos facilius hæc dilectio faciat obedire, & acce-
 prabilis deo seruire, & fortius eis in bono adhærere,
 & ipsos prælatos facit portari in suis defectibus, &
 in suis iuuari in negotiis, & eos se habere quietius. Ideo
 non solum Augustinus sed & Bernardus dicit ad præ-
 latorum: Stude magis amari quam timeri. Et Isidorus:
 Talem te redde subditis, ut magis ameris q̄ timearis.
 Quis ergo dubitet, quin hoc a spiritu sancto sit, in quo
 tres tanti doctores uno ore concordant? Sed no-
 tandum, ad hoc ut prælatus ametur a subditis, ca-
 uendum est ei a superbia. Hæc enim non diligi facit.

Coloss. 3.

Iob. 19.

Rom. 14.

S P E C V L V M

Eccl. 6. sed odiosum reddit. Vnde Ecclesiast. Odibilis est coram deo & hominibus superbia. In Polycratice libro quarto, capite septimo: Quisquis gradum propriæ celsitudinis amat, humilitatis cultum in moribus diligentis sine teneat. Vnde in lege imposta principibus & prælatis in Deuteronomio dicitur: Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos. Quod præcipue necessarium est, sæpius replicat, eo quod humilitas nunquam satis uitetur commendata principibus, & difficilimum est ut gradus honoris, tumorem non pariat in animo imprudentis. Superbis itaque resistit deus, & humilibus dat gratiam. Proinde ergo rex orat, nõ ueniat mihi pes superbiæ. Non itaque superbiat super fratres suos, sed cum fratrem meminerit, fratrum subiectis omnibus impendat affectum. Nec tamen eatenus superbiam uideat ut incidat in contemptum, quia sicut elatio ita abiectio declinanda est. Denique quem superbiorum legisti regnare diutius? Item cauendum est etiam ei a duritia. Hæc enim reddidit Roboam populo odiosum. Et ideo dicitur econtrario, Ecclesiastici quarto: In mansuetudine opera tua perface, et super hominum gloriam diligeris. Et Ouidius: Est piger ad pernas princeps, ad præmia uelox, Quicquid dolet quotiens cogitur esse ferox. Verumtamen ipsius mansuetudinis modus, quo charitatis brachijs subiectos ut fratres amplexatur, limitibus clauditur. Sic etenim fratres diligit, quod errores eorum medicinaliter corrigat. Sed in cruciatu membrorum corporis, cutus prælatus caput est, legi tristis & gemens famuletur, id est, doleat cum exigentibus culpis uindictam exposcit. Denique honor regis iudicium diligit, & delinquentium culpas tranquilla mentis moderatione compescit, quia cessante iustitiæ stimulo, populus se in illicita resoluit. Item

a fin

a singularitate: Cū enim cōformat prelar⁹ se alijs, et est
 in illis quasi unus ex illis, ex hoc acqrit sibi amore alio
 rum Ecclesiastici decimotertio. Omne animal diligit
 sibi simile. Similiter ergo patet, quantum plus necessa
 ria dilectio, quam timor subditorū prelaro & a qui
 bus cauendum est ei ut diligatur. Item Tullius: Prae
 lati officium sit studia multitudinis ad suas utilitates
 allicere. Omnium enim rerum nihil potius ad praela
 tiones tenendas, quam diligere, nec quicquam alienius
 quam timeri. Tutius est enim uolentibus, quam coa
 ctis imperare. Sciendum autem, quod ad hoc quod
 aliquis prelatatus suae familiae appareat curialis & ama
 bilis, debet ante omnia habere liberalitatem in donis,
 ad instar Titi imperatoris, qui recordatus super thro
 num quod nihil cuiquam tota die praestitisset, dolens
 & gemēs dixit: O amici, hunc diem perdidī, ut refert
 Suetonius libro de. 12. Caesaribus. Idē quoq; Titus im
 perator ait: Non oportet quiesquam a sermone prin
 cipis tristem discedere. Item praecipuum quod in
 ter prelatum & subditos dilectionē causat & cōseruat
 est innocentia & puritas uitae & conscientiae, Vnde in
 Polycratice libro: Si in sui ipsius custodia quisq; labo
 ret, profecto optimus erit status singulorum & omni
 um, uigebitq; uirtus religionis regnante undiq; mu
 tua charitate. Omnia siquidem religionis mala ex pec
 cari infirmitate proueniunt. Nam & inferiorum deli
 cta bonum principem demerentur, & peccata superio
 rum subditis sunt occasio & autoritas delinquendi.
 Mansuescit itaq; princeps ab innocentia subditorum
 & subditorum motus reprimat innocentia prelaro
 rum. Placito namq; deo omnis creatura mitis est &
 seruit homini & eo indignante omnis creatura arma
 tur in ultione eius, Coruus Helix non paut, ursus famu
 latum

Cicero.

Lib. 6. capi. 29.

SPECVLVM

latum impendit propheta, ut parcat Danieli ferocitatem dediscit leo, & collectam nescit esuriem, unde siccis iustorum calcatur pedibus, aduersus pueros succensus ignis in fornace non proficit. Ad uotum fidei aer imbres & terra fructum negat, & cælum ipsum in impios euomit ignes suos. Porro & si in exercitio uirtutum sit remissior prælatus, colendus est tamen, & sicut apes in humeris regem suum attollunt: ita subiecti dum perniciosus uitis non sit, omnino ei exhibeant famulatum. Nam etsi laboret uitis, ferendus est tanquam in quo salutis auspicia subditis extant.

Quod prælatus bono exemplo suo allicere debet subditos suos ad uirtutes.

CAP. IIII.

QUARTO & ultimo debet prælatus habere motum præcessoris & informatoris, & hoc notatur cum dicitur, ducem. Ad strenuitatem boni ducis non sufficit bene monere, præcipere & corripere, sed necesse est strenue eum se habere & uirtuose, pro loco & tempore militare, & quod præcipit alijs exercere aliquoties & factis suis debet adimplere. Unde

Gregorius.

Gregorius in codice regulæ pastoralis, titulo uicesimo octavo dicit: Apud districtum iudicem prælatus cogitur tanta in opere exoluere, quanta eum constat uoce alijs præcepisse. Idem: Lex quippe est ipsis prælati & prædicatoribus posita, ut uiuendo impleant quod loquendo suadere festinant. Talis dux fuit Iulius Cæsar, qui nunquam dixit militibus suis ite sed uenite. Et subiungit causam. Labor inquit participatus cum duce uidetur militibus esse minor, sicut de eo scribit Iohannes Galensis: Talis dux fuit Abimalech qui præcinctus

Iulius Cæs.

dens arboris rami, impositumq; ferens humeris suis, locijs suis dixit: Quod me uideritis facere cito facite. Igitur certatim ramos de arboribus praecindentes sequebantur ducem, Iudicum undecimo. Vilissimus itaq; computandus est, nisi praecellat sanctitate & scientia, qui est honore praestantior. Vnde in Polycratico libro. 5. capi. 7. Impossibile est ut alios utiliter regat, quae proprius subuertit error. Ait enim Salomon: Vbi non est gubernator populus corruet. Et alibi: Rex insipiens perdet populum suum. Notandum autem quod praelato non solum sufficit dicere more scribarum & pharisaeorum, qui dicunt & non faciunt, sed debet exemplo Christi facere & docere, imo sicut summe pertinet ad eum docere: ita pertinet ad eum summe facere. Gregorius in pastorali: Sit rector operatione praecipuus, ut uitae uiam subditis bene uiuendo denunciet, & grex qui pastoris uocem moresq; sequitur, per exempla melius quam per uerba gradiatur. Qui enim loci sui necessitate exigitur summa dicere, hac eadem necessitate compellitur summa monstrare. Vnde Greg. Nazanzenus in apologetico: Si quis est in rectore uitiorum morbus, facile in subiectos sibi transfunditur, & multo facilius quod malum est ab eo transit, quam si quid in eo uirtutis fuerit. In quo ego quoq; soleo crebro apud memetipsum de talibus admirari plurimum, quod tam facile sine aliquo labore atq; ullis amminiculis malitia proficit, & nihil tam facile est quam effici malum, & etiam si nemo doceat, nemo compellat, raro autem & perdifficile sit fieri bonum. Idcirco etiam dicit Chrysostomus: Sic quippe natura ipsa comparatum est, ut regentium mores uulgus imitetur libro 3. & quasi in imagine ita in uita praesidentium intendens, studeat illorum quae post fieri similitudinis. Neque enim erro

Grego:

S P E C U L V M

res praelatorum abscondi possunt oculis, sed etiam ex
 igua eorum celeriter innoscunt. Sicq; omnes de factis
 iudicant praelati, quasi nec carne circumdatus sit,
 nec hominum infirmitate teneatur. Hæc Chryso-
 stomus. Propter hoc ergo bene dicit Augusti. in regula:

Augustinus.
Benedictus.

Circa omnes seipsum bonorum operum præbeat ex-
 emplum. Non sit contentus uerbis bonis ad subditos,
 sed potius innitatur bonis exemplis operum, sicut &
 Benedictus in regula de abbate loquens dicit: Omnia
 bona & sancta factis amplius quam uerbis ostendat.

Item, non sufficit ei facere bona occulta, nisi faciat
 & manifesta. Vnde dicitur primitiuis praelatis: Sic lu-
 ceat lux uestra coram hominibus, &c. Item nõ suf-
 ficit ei cauere a malo exēplo, nisi det et bonum. Vnde
 Lucae duodecimo dicitur eisdem exemplo. Sint lum-
 bi uestri præcincti, quod pertinet ad declinationem a
 malo secundum Augustinum in sermone, & lucernæ
 ardentes, quod pertinet ad ostensionem boni exem-
 pli, & ideo dicit Augustinus bonorum. Item non
 sufficit ei dare exemplum in uno bono, nisi etiam det
 in omnibus. Ad Titum secundo: In omnibus præbe te
 exemplum bonorum operum. Et ideo dicit Augusti-
 nus bonorum operum in genere sine distinctione par-
 ticulari. Itē nõ sufficit dare bonū exēplū aliquibus so-
 lum, nisi derur et omnibus. Matthæi quinto: Ponunt
 lucernam super candelabrum, ut luceat omnibus qui
 in domo sunt. Et ideo dicit circa omnes. Sic ergo quin-
 que tanguntur in hoc uerbo Augustini circa praelati
 exemplum. Debet enim potius inniti exemplis operū
 quam uerbis. Item, non solum operibus occultis,
 sed manifestis. Item non solum cauere a malo exem-
 plo, sed dare operam ad bonum exemplum. Itē non
 solum in uno, sed in omnibus. Item non solum ali-

qui

quibus, sed omnibus debet dare bonum exemplum. Et norandum, quod licet omnes debeant dare bonum exemplum, iuxta illud quod communiter Apostolus omnibus dicit: Prouidentes bona non tantum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus, tamē prælati magis ad hoc tenentur. Vnde Paulus ad hoc facit exhortationem Timotheo episcopo specialem dicēs: Exemplum esto fidelium in uerbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Huiusmodi autē multæ sunt rationes. Prælati enim est in alto situ, & ideo non potest abscondi, sicut ciuitas supra montem posita. Et ideo si aliquid turpe est in eo, quanto a pluribus uidetur tanto fit maior derisio de eo. Sicut ergo qui ascendit per scalā sollicitus est uestes suas restringere & aptare, ne aliquid turpe in eo uideatur, idē cauendum est prælato, eo quod in alto positus, spectaculum est multorum, ut nihil inhonestum appareat in eo. Et ideo dicitur apud Zachariam Vidi & ecce candelabrum aureum, & lampas eius super caput illius, & septē lucernæ eius super caput eius. Quod ideo dicitur, quia uniuersa lux uirtutum debet in tali lampade fulgere. De altitudine status prælationis sic dicit Gregor. Nazanzenus ubi supra. Væ tibi ciuitas cuius rex tuus iuuenis. Salomon dicit. Et ipse iterum: Noli esse uelox in uerbis. Quod si ille præcepit uelocem ad uerba non fieri, quanto magis in opus tantum & tam magnum. Idem, ad dignitatē prælationis uelociter proficere nō expedit, quia atq; prælatum cum angelis adfistere oportet deo, & cum Archangelis glorificare, atq; in cælestibus altaribus hostias offerre Christo, & apud ipsum & cum ipso fungi sacerdotio, ut reformetur quod dilapsum est, ut diuina in homine imago reparetur, ut superiori mundo habitatores sui reddantur,

Rom. 14.

1. ad Time.

4.

Zacha. 4.

Gregor. Nazan.

SPECVLVM

& ut totum simul dicam, ut ex hominibus in deorum numerum transeant. Hæc ille. Item prælati sunt sicut exemplar, à quo alij libri trāsribantur, iuxta illud: Regis ad exemplar totus cōponitur orbis. Et ideo sicut omnes libri transcripti ad malum exemplar sunt corrupti: ita exemplum prælati nisi sit bonum, est causa corruptionis in omnibus subiectis. Et ideo sicut magna cura apponēda est circa primum exemplar librorum, quod sit multum bonum, ita requiritur quod exemplum prælati sit ualde bonum. Vnde Gregorius papa in Pastoralis: Ille debet ad exemplum uiuendi protrahi, qui carnis passionibus moriens iam spiritualiter uiuit, qui prospera mundi postposuit, qui nulla aduersa pertimescit, qui sola æterna desiderat, qui ad aliena cupienda non ducitur: sed propria largitur, qui per pietatis uisera citius ad ignoscendum flectitur, sed nunquam plusquam deceat ignoscens, ab arce rectitudinis inclinatur, qui nulla illicita perpetrat, sed perpetrata ab alijs ut proprijs deplorat, qui est affectu cordis alienæ infirmitati comparitur, sicque in bonis proximi sicut in suis profectibus lætatur, qui se imitabilem ceteris ita in cunctis quæ agit insinuat, ut inter eos non habeat quod saltem de præteritis erubescat, qui sic studet uiuere ut proximorum quoque corda arētia, doctrinæ fluentis ualeat irrigare, qui orationis usu & experimēto iam didicit, quod à domino quæ poposcerit, possit. Greg. quoque Nazanzenus de eodem sic

Grego. Pap.

Loco supra
citato.

Ibid.

Priusque aliquis, in quantum fieri potest, ceteros homines cordis puritate præcedat, præesse his uelle non debet, quibus se purgatorem non sentit, nec tutum putare mediatorem effici populi apud deum, quod est speciale officium sacerdotis siue prælati, nisi se proximum & amicum uideat dei. Et ideo concludit idem dicens: Mun-
dari

dari prius oportet, & sic alios mundare, sapientem prius fieri, & sic alios facere sapientes, lumen effici & ita alios illuminare, accedere ad deum, & ita alios adducere ad deum, sanctificari, et ita alios sanctificare, recti esse consilij, & sic alijs rectum dare consilium. Hæc ille.

Item prælatus est sicut ductor gregis, secundum illud Psalmistæ: Deduxisti sicut oues populum tuum in manu Moyse & Aaron. Et ideo si uadit per uiam malorum operum, sequitur eum populus per uiam eandem. Vnde Gregorius: Vnde fit cum pastor per abrupta gradiatur, per præcipitium grex sequatur. Et ideo dicit idem Greg. Scire debent prælati, quoniam tot mortibus digni sunt, quæ exempli perditionis ad subditos transmittunt, quia nimirum per illa exempla eos ad mortem ducunt. Mira perditio, horrenda crudelitas, ducere ad mortem eternam, quos ducere deberent ad uitam eternam. Ne sint ergo rei prælati mortium, debent ab exemplo ducere ad mortem cauere exempli ducere ad uitam ostendere. Greg. Non debet hominum ducatum suscipere, qui nescit homines bene uiuendo præire. Item prælati sunt ministri dei. Et ideo sicut famuli regis pulchrius incedunt quam ceteri populares: ita & ipsi debent pulchriorem uirtutum conuersationem ostendere. Hinc est illud ad Corin. In omnibus exhibeamus nosmet ipsos sicut dei ministros in multa patientia. &c. Quasi diceret: In his sic nos ornemus, ut decet seruos tanti domini.

In pastoral.

2. cor. 6.

Item prælati sunt quasi signum positum ad sagittam multorum obloquentium de eis facile, & ideo ut circa hoc remedium apponant. Hoc non potest aliter ita bene fieri sicut per bonum exemplum. Et ideo dicit Petrus: Hæc est uoluntas dei, ut beneficientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantia. Item in mundo ecclesie subditi sunt quasi corpora inferiora terrestria, prælati uero corpora superiora ecclesie, quæ lucida sunt, &

1. Petr. 2.

• C • ij • ideo

ideo debent lucere sicut stellæ, quas dominus posuit in firmamento ut lucerent super terram. Multi in tenebris uitæ præsentis dum superiores de se exempla præbent, astrorum more desuper lucent. Præclare illud, ut multa, fertur dixisse Themistodes, magistratus a ludis & quibuscunq; leuioribus esse arcendos, ne publica ludere uideatur, defectumq; sui relicta grauitate pronunciet. Si tamen maioribus (quod quidem rarum est) eos ex occipari contigerit in annis adolescentiæ, ex dispensatione ætatis permittuntur aliquid subtrahere grauitati, & in se clementiores esse, quod maturitatis processu reipublicæ utilitate compensent. Hæc

Gen. 1. in Polycratico. Item opus exempli præstat efficaciam uerbo, quia secundum Gregorium, plus exempla quam uerba mouent. Cum ergo prælati sit docere, debet exemplum addere ut uox sua habeat uocem uirtutis. Et ideo dicitur Ecclesiastici uicesimonono: Confirma uerbum, scilicet per opus Gregorius: *Authoritas loquendi perditur, cū uox opere non inuatur.* Item prælatus habet officium medici, & ideo coram infirmis non debet aliquam infirmitatem portare, ne dicatur ei illud euangelij Luca: *Medice cura te ipsum.* Gregorius in Pastoralis: *Qua præsumptione alios incedi properat, qui in facie uulnus portat? Ne ergo eius officium contemnatur, debet coram alijs omnimodā sui ostendere sanitatem.* Item filiorum est imitari patrem, secundum illud Ioannis: *Quæcunq; pater fecerit, hæc & filius similiter facit.* Et ideo cauendum est prælato, ne sit de illis de quibus dicitur apud Matthæum: *Secundum opera illorum nolite facere: sed potius possit cum Apostolo dicere: Imitatores mei estote.* Quia igitur tot rationes concurrunt, ut prælatus teneat præ cæteris bonum exemplum, bene dicit beatus Augustinus

Ioan. 5.
 Matth. 23.
 Philipp. 3.

gullinus in regula: Seipsum bonorum operum præbe-
 at exemplum. Quod & si graue sit, recordetur quam
 graua Christus sustinuit pro dando bono exemplo.
 Christus, inquit Petrus, passus est pro nobis, uobis re-
 linquens exemplum. Beatus Cyprianus: In prælato dñi
 multi pendunt, ipse deo adherere debet, qui illum in
 ducatu prostruit, qui ad portandum multorum one-
 ra, ipsum ueluti fortiorem solidauit. Paxillus enim ni-
 si fixus firmiter alicui fortiore haereat, omne quod in
 eo pendet cito labitur, & ipse solutus a rigore suæ fir-
 mitatis, cum oneribus ad terram delabatur; Sic & præ-
 latus, nisi suo conditori pertinaciter adhererit, & ipse
 & omnis qui ei consentit, cito deperit. Chrysostr. Quan-
 ta est differentia rationalium & irrationalium, tanta
 interesse debet inter rectores ecclesiæ & ceteros, qui re-
 guntur. Seneca in libro de breuitate uitæ ad Paulinum
 sic dicit: Diuus Augustus, cui dñi plura quam ulli præ-
 stiterunt, non desit quietem sibi precari, & oratio-
 nem a republica petere. Omnis eius sermo ad hoc sem-
 per reuolutus est, ut impetraret ocium a negotiis se-
 cularibus, illum diem lætissimum cogitabat, quo ma-
 gnitudinem suam exueret. Aliquando se uietuum si-
 bi in quadam ad senatum missa epistola pollicitus. Vn-
 de subdit notanter cōtra illos, qui differunt gerere cu-
 ras officiorum usq; ad senectam: Non pudet (inquit)
 te reliquias uitæ tibi reseruare, & ad tempus solum bo-
 næ menti destinare, quod in nullam rem conferri pos-
 sit: Quam seruum est tunc uiuere incipere, cum desinen-
 dum est: Quæ tam stulta mortalitatis obliuio, in quin-
 quagesimum & sexagesimum annum sana differre cō-
 silia, & inde uelle uitam inchoare quo pauci perduxerunt:
 Idem in libro de quatuor uirtutibus cardinali-
 bus dicit: Nō semper in actu sis, sed interdum animo

1. petr. 2.

Seneca.

tuo requiem dato. Sed & requies ipsa plena sit sapiētis
 studiis & cogitationibus bonis, Nam prudens nunquā
 ocio marcet, animū aliquando remissum habet, nunquā
 solutum. Ex his omnibus patet, quod ipse potesta-
 tis honor, siue dignitatis mundanæ, nullatenus est affe-
 ctandus, sed ab omnibus fugiendus & contemnendus,
 & hoc propter multiplices eius prauas qualitates & cō-
 ditōes. Primo, quia honor iste caducus & breuis
 est, secundum illud Ecclesiasti. 10. Omnis potentatus
 breuis uita, rex hodie est & cras morietur. Huic etiam
 consonat Quid. in lib. Metamor. dicens: Vix ulla po-
 tentia longe est. Hinc Galerius in libro Alexandreidos.
 Quam friuola gaudia mundi. Quam rerum fugiti-
 uus honor, quā nomē inane? Et ponit exēplū de ipso
 Alexandro, hoc modo: Magnus in exemplo est, cui nō
 suffecerat orbis, Sufficit exciso defossa marmore ter-
 ra, Quinque pedum fabricata domus, qua nobile cor-
 pus, & cigua requiescit humo. Hinc etiam uersificator
 egregius ait: Vir bone quid curas res uiles, res peritu-
 ras: Nil profuturas, damno quandoque futuras. Ne-
 mo diu mansit in culmine, sed cito transit. Est breuis
 atq; leuis in mundo gloria quæuis, Qui fuit hic imus,
 erit illic ordine primus. Secundo quia honor mun-
 danus feruilis est & inquietus, iuxta illud quod in epi-
 stolari suo dicit Sidonius: Quidam ius fasque com-
 mune supergressi, summam potestatem, summam be-
 neuolentiam putant esse, hoc ipso satis miseriares, quod
 imparum intelligunt se inquietissimo famulatu subia-
 cere. Nam sicut ipsi hominibus: sic & illis dominandi
 desideria dominantur. Hinc etiam dicit Ambrosius su-
 per lucam, libro quarto. Ostendit, inquit, euangelista,
 diabolus domino omnia regna mūdi. Quibus scilicet
 uerbis docemur inanjs ambitionis flabra despiciere, eo
 quod

Quidius.
 Galerius.

Sidonius.

Ambrosius.

quod omnis dignitas secularis potestati subiacet diabolica, fragilis ad usum & inanis ad fructum. Non tñ a diabolo est potestas ipsa, licet insidijs diaboli sit noxia. Tertio honor iste in quolibet homine est ceteris inuidiosus, iuxta illud quod scribit Salustius: Post gloriam inuidiam sequi memineris, & eo magis anxium et sollicitum oportet te esse, quo clarior fueris. Inter mortales nepe difficillimum est gloria inuidiam uicere. Hinc etiam ait beatus Bernardus, quod a duplici malo communi liberat paupertas uoluntaria, uidelicet ab inuidia, propria & ab aliena, quia nullus inuidet paupertati. Quarto honor iste grauis est onerosus, quia semper annexum habet aliquod onus. Vnde in lib. de Tobia: Si quaeratur honor, onus intricatur honori. Hoc bene ponderabat rex ille de quo refert Valerius Maximus: Rex ille subtilis iudicij, quem ferunt traditum sibi diadema priusquam capiti imponeret, retentum diu considerasse & dixisse: O nobilem magis quam felicem patrum, quem si quis penitus quam multis sollicitudinibus, periculis ac miserijs sit refertus, cognosceret, ne humi quidem iacentem tollere uellet. Hoc etiam bene ponderabat Hadrianus papa, ut in Polycratico libro de eo scribitur. Qui fatebatur se in sede pontificatus tantas miseras inuenisse, ut facta collatione presentium, tota precedens amaritudo, iucunditas & uita felicissima fuerit. Spinosa dixit esse cathedram Romani Pontificis, acutissimis usque-
 quaque confertam aculeis, tantæque molis, ut robustissimos præmat, terat, & comminuat humeros. Hoc etiam sapientissime adiecit, quod cum de gradu in gradum à claustrali clerico per omnia officia in pontificem summum, nil unquam felicitatis aut tranquille quietis uitæ priori adiectum est ab ascensu. In incude,

Lib. 7.

Lib. 8. capi.

24.

Cathedra Romani pontificis spinosa.

SPECVLVM

2. lib. Meta-
mor.

Horatius.

inquit, & malleo semper dilaniavit me dominus, sed
nunc oneri quod infirmitati meae imposuit, si placet,
supponat dextram, quomā mihi importabile est. Hæc
ibidem. Hinc ait Gregorius in Moralibus, libro deci-
mo octavo: Sancti viri curas exteriores nequaquam appe-
tunt, sed occulto ordine sibi superimpositas gemunt.
Et quamvis illas per meliorem intentionem fugiant,
tamen per subditam mentem porrant, nec dei ordina-
tioni contradicant. Quinto honor prædictus est
periculosus, quia frequenter honores mutant mores,
iuxta illud Ovidij: Et obest sua gloria multis. Chryso-
stomus: Multo consilio & prudentia opus est pastori
& mille, ut dicitur, oculis ad speculandam undique he-
betudinē earum, quas gubernat animarum. Novi non
paucos idoneos suimet fuisse rectores, multum in ab-
stinētia & ieiunijs laborātes, quibus quādiu licuit esse
privatos, & nihil aliud curare quā propria, & deo pla-
cebant & indies non modica philosophiæ incrementa
capiebant. At ubi in populo prodierūt, & multorum
imperitias emendare necesse fuit, aliqui inter exordia
tantum pondus sustinere non potuerūt officij. Qui ve-
ro tolerare coacti sunt, perdentes constantiam & ve-
ritatem priorem, & sibi intulerunt magna dispendia,
& nihil alijs profuerūt. Vnde dicit Gregorius in pasto-
rali: Prærumque in occupatione regiminis, ipse quoque
boni operis usus perditur, qui in tranquillitate tene-
batur, quia quieto mari recte nauē & imperitus nau-
ta dirigit, turbato autem tempestatis fluctibus etiam
peritus se nauta confundit. Quid namque est potestas
culminis, nisi tempestas mentis? Et Horatius in libro
carmirum: Sepe quocumque uentis agitatur ingens pinus,
& celsi grauiore casu decidunt turres, feruntque sum-
mos fulgura motes. Sexto honor iste dispendiosus
est

est cuilibet propter alienas occupationes quibus obnoxius est, ut sibi non possit intendere, iuxta illud Canticorum primo: osuerunt me custodem in uineis, uineam meam non custodiu. Ideo recte cuilibet ambizioso dicit ab Ouidio in libro de tristibus. Viue tibi, & longe nomira magna fuge. Tu quoque formidabilem sublimia semper. Propositiq; tui contrahe uela, precor. Hinc & in prouerbis sapietum legitur: Vis honorem habere, do tibi magnum imperium, Impera tibi. Ut enim Socrates dicit, stultum est ut ceteris imperare quis uelit, cum ipse sibi imperare non possit.

Ouidi. in tristibus.

Socrates.

Septimo honor predictus cæcus est & tenebrosus, secundum illud psalmistæ: Homo cum in honore esset, non intellexit. Vnde Gregor. Adeo enim honor ipse excæcat, ut seipsum non uideat, & de se falsa credit, subiectos & quos sorte potestatis excedit, transcendisse se etiam uitæ meritis credat. Cunctis se æstimat amplius sapere, quibus se uidet amplius posse. Octauo & ultimo honor iste rumosus est & præceps, iuxta illud Ouidi. in lib. tristiu: Ardua per præceps gloria uadit iter. Hinc Macrobius: Summum ad gradum claritatis cum ueneris, egre consistes, & citius quam ascenderas, cades. Ideo dicit Seneca in lib. de quatuor uirtutibus: Ne in re altiori te ponas, in qua stanti tremendum, descendenti cadendum est. Ut enim dicit Calterus in Alexandreide: Sanctius est non ascendere, quàm post ascensum regredi. Nos autem non ideo hæc omnia inculcauimus, ut potestatem reprobemus aut reprehendamus: nam ut ait quidam sapiens, deus potentes non abiicit cum & ipse sit potens, uerum homines ab eius appetitu uel amore deterrere intendimus, sicut facit in Pastoralibus beatus Gregorius: Nos, inquit, hæc proferentes non potestatem reprehendimus, sed ab appetitu

In Saturnalibus.

C V et

S P E C V L V M

tu illius cordis potestatem munimus, ne imperfecti
 quisq; culmen regiminis arripere audeat, & qui in pla-
 nis stantes titubant, in præcipitio pedem ponant. Vn-
 de hoc vitium est fere omnibus insuperabile. Vt enim
 dicit Amb. sup. Luc. Sæpe q̄s nulla uiciadelectat, q̄s nul-
 la potuit luxuria cōmouere, nulla cupiditas subueni-
 re facit ambitio criminosos. Inde & scribit in Poly-
 cratico. Votis & si nō re plures numero sunt rectores,
 quam illi quos regunt. Nam qui regi uelint, perpauci
 sunt, cum quisq; ut emanciperur à iugo rectoris pro-
 prii, totis uiribus quærat. Priuilegio quidem capituli
 aut uisitorum plurimi tuti sunt, ne abbatibus & pri-
 oribus suis obtemperent, ne obediētiā impleant, ne
 regi dei subiecti sint. Non reprehendo clementiam ca-
 pituli aut uisitorum, sed hanc indulgentiam eorum
 subditis nō arbitror expedire. Propter quod in Char-
 ta capituli ordinis Carthusiē. habetur hæc ordinatio
 anni quadragesimi secūli. Et si multa liceat patrib⁹ ui-
 sitoribus potestate à capitulo generali eis delegata,
 quæ interdum saluti animarum nō expediunt, aut re-
 gularem conuersationem monasticam non ædificāt,
 summo opere cauere debent, ne in processu uisitationū
 per complacentiam monachorum, quos forte contri-
 stare nolunt, tum in licentijs ex ordinarijs conceden-
 dis, tum in laxandis regularibus obseruantijs, tum
 etiam in excessibus palpandis uel dissimulandis, aut
 minus exemplariter corrigendis, potestas ipsorum ui-
 sitorū, quæ non in destructionem, sed in ædificatio-
 nem data est, cedat in derogationem authoritatis pri-
 orum aut obseruantie regularis uel baculi pastora-
 lis ipsorum, ordinamus ut in præmissis omnibus tam
 prouide caureque se habeāt, quod Christus in suis ui-
 carijs, id est prioribus, non dehonoretur, substantiali-
 que

Lib. 4.

Lib. 7. capi.

12.

Cartha Ca-
 pituli ordi-
 nis Carthu.

que obedientiae aut reuerentiae, quo subditi debent suis superioribus etiam discipulis, nullatenus derogetur, ne alij uidentes suos superiores tali modo dari uilipendio, ad ipsorum uilipendium quod absit inclinentur.

Est etiam uitium inexplebile uel insatiabile, quia honor uel gloria est, quasi uentus, uel umbra uel aliquid tale. Est itaque appetitus honoris uitium plenum uanitate, & ideo insatiabile, iuxta illud in Prou. Veterum im-

Prou. 13.

piorum insaturabilis, id est, animus. Nec mirum. Ad imaginem enim dei facta est anima rationalis, ceteris omnibus occupari potest, repleti omnino non potest, capacitas dei quod deo minus est, non implebit. Est etiam uitiū plenum anxietate, quia torquetur ambitiosus, partim cupiditate, partim liuore. Vñ Bern. O ambitio crux ambulentium, quomodo omnes torquens, omnibus places? Et quod ex ambitione proueniat liuor, testatur Augustinus. Non enim ait inuidet nisi amor excellentiae. Denique hoc ipsum quod homo appetit praesse maximum est in se, iuxta illud Augustini in libro de ciuitate dei: Locust superior & si ut oportet administratur, tamen indecenter appetitur. Gregorius in Moralibus: Vnusquisque superbus toties ad culpam apostasiae dilabitur, quoties hominibus praesse delectatur, & honoris sui singularitate lætatur. Vnde scriptum est: Qui dicit regi apostata, & uocat duces impios. Talis enim sub quo sit non considerat, & quod e-

Bernardus.

In lib. de uerbis domini.

Lib. 24.

Qualibet quasi non sit æqualis, exultat. Tunc uero solummodo potestas bene gerit, cum nequaquam amando sed timendo retinetur. Quae ut recte ministrari ualeat, oportet primum ut hanc non cupiditas, sed necessitas imponat. Hinc etiam dicit Bernardus. Quoties hominibus praesse desidero, toties deum meum preire uolo. Merito ergo tali dicit apud Matth. Vade post me Satana, quia non sapis ea quae dei sunt. Chrysostomus:

Matt. 16.

Chrysof.

Qui

SPECVLVM

Quicumq; desiderat primatum in terra, inueniet con-
 tusionem in caelo, nec inter seruos Christi computa-
 bitur, qui de primatu tractauerit. Idcirco teste Gre-
 gorio, qui dignitatis culmen affectat, suae animae di-
 spendium quaerit. Non sunt itaq; adpetendae praelatio-
 nes uel ambiendae dignitates, quoniae secundum Chryso-
 stomum nihil deo ita amicum est, ut cum ultimis se natu-
 rare, hoc enim philosophiae uniuersae principium est.
 Argue tibi sic anima Christiana, dum impellit te spi-
 ritus superbiae super honoribus transituris. Si glorifi-
 canda sum, si magnificanda a domino in aeternitate,
 qui semper & ubiq; gloriam meam dicet, quid mihi
 de punctuali & umbratili gloria super terram? Si ue-
 ro iusto (quod auertat dei pietas) iudicio damnandus
 sum, torus honor impensus ab hominibus plus ad tor-
 mentum mihi cederet quam ad solatium, plus inde bla-
 sphemabit anima mea dominum, plus exiliet furens
 spiritus in deum quia non fuit salutare suum, plus ex-
 ardescunt inuidi daemones animam cruciare, quo plus
 in bonum senserunt honorari. Hac Ioannes Gerson su-
 per magnificat.

Ioann. Ger-
 son.

*Quod praelatus quatuor circa se
 considerare debet.*

• CAP. V.

SCIENDVM praeterea, quod praelatus qui li-
 bet circa statum suum quatuor diligenter confi-
 dere debet, uidelicet, quod non sit immissus per in-
 trusorem, quod non sit remissus per dissimulationem,
 quod non sit neglector culparum, quod non sit acce-
 ptor personarum. Primo consideret & considera-
 re de-

re debet praelatus, siue princeps, quod non sit immis-
 sus per intrusionem: sed possit uere dicere illud Sapi-
 entia: Domine tu me elegisti regem populo tuo, & in-
 ducem filiorum tuorum & filiarum tuarum. For-
 ma autem praelatorum eligendorum est ipse Christus
 in tribus, scilicet in sua conceptione, in sua natiuitate,
 in sua conuersatione. Fuit enim Christus conceptus spi-
 ritu sancti operatione, natus sine matris corruptione,
 conuersatus in mundo sine peccati operatione. Elegit
 eum populus in regem, ipse fugit & noluit rex fieri.
 Isto modo qui debet intrare ad statum praelatiae. Dico
 ergo, quod praelatus siue princeps debet considerare,
 quod non sit immisus per intrusionem, quia quemad-
 modum Christus fuit conceptus uirtute & cooperati-
 one spiritus sancti: sic debet praelatus concipi in menti-
 bus electorum per sancti spiritus inspirationem, non
 per dissolutorum conspirationem. Debet nasci de ma-
 tre uirgine, quae est congregatio subditorum siue
 mater ecclesia, cui debet praesse sine corruptione, ita
 quod nec sit corrupta prece uel precio uel mins po-
 tentum. Debet ergo sic electus admittere statum suum
 sine ambitione, ut uelit si possit, ex corde fugere & in-
 uitus obedire, ut deus sibi dicere possit illud Isaia: No-
 li timere serue meus Iacob, & rectissime, quem elegi.
 De hoc in Polycratico lib. octa. cap. uigesimo tertio
 scribitur: Vtque qui misere ascendit ad prelationem ro-
 tatur miserius, & miserrime deicietur. Non latus ha-
 bent exitus, quae malo sunt inchoata principio. Phae-
 ton in fabulis dum paternos currus affectat, incendit
 orbem, & tandem miseratione dei & ipse succensus corru-
 it princeps curru disiecto. Icarus quoque dum elatus iuue-
 nili leuitate fertur in caelum, marinis fluctibus mergi-
 tur, deiectus enim est dum alleuaretur. Sed timen-
 dum

Ioan. 6.

Isaia. 20.

Quid. 1. Me-
tamorph.

dum est, quod nonnulli eliguntur propter partiales affectiones, quidam propter mundiales possessiones, & quidam propter curiales interpositiones. Considerant enim nonnulli electores nō quis melior uita, clarior scientia, celebrior fama, sed considerant quis uelit esse in beneficijs & subuentionibus eis utilior, quis uelit uitam suam mitius emendare, quis uelit crimina magis dissimulare. Cōsiderant etiam aliqui electores quis in rebus locupletior, in beneficijs pinguior, in expensis profusior, in conuiujs lauior, & in ociofa familia multiplicior. Alij uero sunt qui cōsiderant quis est regi & regalibus gratior & acceptior, quis parentum generositate nobilior, quis mundana uanitati habilior, & usitator inuenitur. Isti non eligunt per spiritū sanctum, sed per spiritum suum nequam. Contra quos potest adduci illud: Eligite meliorem & eum qui uobis melius placuerit de filijs domini uestri, & ponite eum super folium patris sui. Et nota, quod præmitit meliorem, & eum qui uobis melius placuerit, in signum quod bonitas gratiarū nō acceptio personarū debet esse causa quare nobis placeat. Fertur quendā regi dixisse Lodouico quærētī cur nō fiebant miracula per episcopos & praelatos moderni tēporis, sicut olim fiebant in primitiua ecclesia. Causam huius assignauit dicens: Tempore primitiuo electiones episcoporum & praelatorum fiebant per spiritum sanctum, cuius est facere miracula, nō fiunt per reges & principes qui miracula facere non possunt. Secundo consideret praelatus uel princeps, qđ nō sit remissus per dissimulationē, quia est electus in regē. Rex enim a regēdo dicitur, & est nomē tā oneris quā honoris. Tenetur enim alijs exemplū probitatis moralis ostendere, ut dicat illud quod scribitur de Gedeone Iudicū lib. qđ me uideritis face-

4. reg. 10.

Iud. 5.

facere, facite. Plus enim mouent egregia facta prin-
 cipis seu praesidentis, quam iusta imperia. De Julio Caesare
 dicitur quod nunquam dixit militibus suis ite sed uenite. *Stragemarō*
 Vnde. 1. regū. 12. Constitui uobis regē, & rex gradiet *lib. 4. ca. 5.*
 ante uos. Narrat Sextus Iulius, de quodā duce, qui uo-
 cabatur Pesticoris. Hic cum interrogatus esset a militi-
 bus quid imperaret, dixit ut se imitaretur & nihil ali-
 ud, et accepto signo primus hostes inuasit. Mō tales de *Ephe. 3.*
 bent esse boni praelati, ut possint dicere cum Apo-
 stolo: Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos qui *Lib. 7.*
 ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Trogus
 Pompeius narrat, quod Argus rex Macedonū moriens reliquit
 filiū paruū. Contigit Macedones interim contra Al-
 lyrios bellare & uinci, qui statim se recolligentes regē
 suum puerum in cunis iacentem ante aciem posuerunt,
 & sic illos uicerunt, ostendentes Macedonibus regē de-
 fuisse, non uirtutem. Moraliter praesentia praelati iu-
 uat subditos. Tertio consideret praelatus, ne sit ne-
 glector culparum inquirendo, discutendo, puniendo,
 quia est electus in iudicem, tu autem elegisti me in iu-
 dicem. Dicit philosophus quinto Ethicorum: quod
 unusquisque est bonus iudex eorum quae cognoscit,
 & ideo ad bonum iudiciū dandum requiritur inqui-
 sitio & cognitio, ne homo procedat ex incertis suspi-
 cionibus ex una parte: & ex altera parte debet hō in-
 quere, ne mala serpent, & augeantur per defectum cor-
 rectionis. Cum uero crimina sint cognita, continuo
 si possibile est, sint correcta per iudicem, qui debet es-
 se sicut iustum animatum: sicut dicitur quinto Ethico-
 rum: ut mēs sua tota sit a iustitia occupata, & ideo po-
 pulus accedit ad iudicem sicut ad iustitiam animatam
 ut omnibus reddat quod iustum est. Vnde scribitur
Ecclesiastici septimo: Noli querere fieri iudex, nisi ua-
 leas

SPECVLVM

Negligentiā leas uirtute irrumpere iniquitates. Venerabilis Hugo de sancto Victore in libro suo de duodecim abusio-
 nis claustrum dicit, quod tres sunt species uel modi ne-
 gligentium praelatorum. Quidam sunt qui male ui-
 uunt & subditos male uiuere uolunt: & quidam sunt
 qui bene uiuunt, & subditos male uiuere permittunt.
 Exemplo præcedunt, sed nõ increpando delinquant.
 Licet bene uiuant, necesse tñ est ut de grege sibi com-
 misso, domino gregis rationem reddant. Illi uero qui
 male uiuunt & subditos bene uiuere cogunt, erran-
 ter reuocant, sed rectos & fortes occidunt, reuocant
 uerbis, occidunt exemplis. De tertia specie non oportet
 facere mentionem. Hæc Hugo Quarto infor-
 mantur praelati & principes, nec non & iudices, ne ali-
 quis eorum sit acceptor personarum, cum dicit, Filio-
 rum tuorum & filiarum tuarum, id est, electus sum in
 regem & iudicem tam maiorum quam minorum, tam
 simplicium quam perfectorum. Filiorum inquam, tu-
 orum, id est, electus sum ut iudicem populum tuum,
 nõ sicut seruos uel rusticos, sed sicut filios meos, ut sim
 eis loco tui pater, non tyrannus. Debemus enim quicun-
 que sumus in superiori gradu constituti, primo iudica-
 re nosmet ipsos, & postea alios, considerantes nos esse
 homines, & non deos aut angelos. Vnde ait Apostolus
 ad Corinth. Si nosmet ipsos diiudicemus, non utiq;
 diiudicemus. Qualis autem debet esse qui debet ali-
 os iudicare, bene & lucide declarat Ambrosius super
 psalmum, Beati immaculati. Et habetur in canone ter-
 tio, quæstione septima, capitulo iudicet. Iudicet in-
 quisitio. Qualis esse quit ille de alterius errore, qui non habet quod in se-
 debeat, qui a ipso condemnet. Iudicet ille qui non agit eadem, que
 horum cen- in alio putauerit punienda, ne cum alium iudicat, in se fe-
 suram agit, rat sententiam. Iudicet ille, qui ad pronuntiandum nul-
 lo odio

2. Cor. 11.

lo odio, nulla offensione, nulla leuitate, ducatur. Et post pauca. Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, nec ex domesticæ uoluntatis proprietate, sed iuxta leges & iura pronunciat: scitis (id est statutis) iuris obtinet. Non indulget propriæ uoluntati, nihil paratū uel præmeditatum dominus profert, sed sicut audit ita iudicat, & sicut se habet natura, discernit. Hæc Ambrosius.

*De bono exemplo prælatorum, & quã
tum culpa prælatorum noceat
subditis.*

CAP. VI.

QUIOVNQVE in sublimitate prælationis constitutus, stude modis omnibus ædificare subditos tibi in uultu, adpectu, gestu, habitu, & incessu. Viuere & non dare operam, ut recte uiuatur, est uitam perdere. Aedifices subditos, non solum uerbo, sed opere & exemplo, quia regnum dei non est in sermone, sed in uirtute. Meritorium ualde est, si sic pressis, ut prosis. Prius ergo custodi teipsum, ut securus procures salutem aliorum. Terribilis sententia beati Cypriani martyris in lib. suo de duodecim abusionibus tyris horrenda prælati sententia. Sciat, inquit, prælati quilibet, quod sicut in sede primus inter subditos constitutus est: sic & in pœnis si iustitiam non fecerit, primatum habiturus est. Omnes namque quoscunque peccatores in presenti sub se habuit, supra se plagabili modo in illa pœna futura habebit. Et ideo studeat princeps seu prælatus quisque illos excellere, quos habet regere, non tantum potentia & sapientia, sed etiam in bonitate: sicut legitur de Saul, quod non erat uir de filiis Israel.

1. Reg. 9.

D

Israel

SPECVLVM

Israel melior illo. Cōmissa est tibi uillicatio grauis uillicationis, huius rationē exactissime requiret terrē bilis in iudicijs suis deus. Teste autē Greg. Prælatus tot coronas sibi multiplicat, quot deo animas lucrifacit.

Prælati etiā scire debent, quod si peruersa perpetrāt, tot moribus digni sunt, quot ad subditos suę perditionis exēpla transmittūt. Omni igitur diligentia custodi cor tuum, ut exēplo sis alijs. Cum enim te irreprehensibilem in omnibus exhibueris, tunc poteris cū quantā uolueris, fiducia & potestate corripere tibi subditos. Vnde norandum, quod ad hoc q̄ correctio siue reprehensio ordinate fiat, tria maxime requiruntur. Primum est ex parte reprehendentis, scilicet eius irreprehensibilis uita: secundū est ex parte rephensī, scilicet eius reprehensibilis culpa: tertium ex parte rephendēti, scilicet discretio prouida. Circa primū est sciendum, quod prælatus seu quiuis aliorum rector si laudabiliter & absque calumnia uelit subditos culpāre seu corrigere, debet se a uitijs, de quibus alios reprehendit, cautijsime abstinere, ne eadem committēdo quæ culpāre, quasi proprio iaculo feriat semetipsum, iuxta illud Augusti. Bene loqui & male uiuere, nil aliud est, quam sua uoce se damnare. Vnde Cato: Quæ culpāre

Libro 3. soles, ea ne tu feceris ipse. Cui etiam concordat Isidorus de summo bono dicens: Nihil turpius, quam si bonum quod quisque sermone prædicat, explere opere negligit. Vnde tu qui es specialiter super alios constitutus, debes te exercere in operibus uirtutum, quia prælato peccante, leuiter peccāt subditi, exemplo illius ad peccandum inducti, iuxta illud Ecclesiastici: Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Raro uel nisi quam in sacra scriptura de obscuratione solis fit mentio.

no, quin statim sequatur lunæ & stellarum obtenebra-
tio. Vnde Isaias: Obtenebratus est sol in ortu suo. Et Isaiæ. 13.
Joel: Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerūt Joel. 20.
splendorem suum. Per solem, qui est princeps lucen-
tium, prælatus intelligitur, qui excellentia contempla-
tionis & sanctitatis eminere debet subditis uniuersis,
& claritate radiorum idem operum suorum cunctos
perlustrare. Dicit Seneca: Plus mouent exempla quam
uerba. Propterea dicit Apostolus Paulus ad Timothe-
um, capite secundo. In omnibus te ipsum præbe exem-
plum bonorum operum, in doctrina, in castitate, in
integritate & grauitate. Sed notandum, quod cul-
pa prælatorum plus nocet subditis quam culpa alio-
rum, quod ex duobus probatur, scilicet ex naturali
exemplo, & ex iure canonico. Primo naturali ex-
emplo. Nam dicunt astrologi, quod eclipsis solis mul-
tum grauat oculos intuentium, & quando eclipsis fit
in ascensu solis plus nocet, & est malū signum. Si mo-
raliter, licet peccatum a quocunque committatur, sit
scādali offensiū, tñ peccata prælatorū qui sunt in ascē-
su dignitatis, plus scandalizant. Vñ etiā magna in ocu-
lo macula reputatur, quæ in cæteris mēbris nulla aut
modica esset. Secūdo idē probatur ex canon. iure. Quod
enim agitur a prælatis, facile trahitur a subditis in ex-
emplū, quia prælati sunt tāq̄ signum positum ad sagit-
tā, ut in decretis qualiter, & a quo debēt subditos pro-
hibere, multo fortius et seipso: nec potest alios corri-
gere cui tacite respōdet sua cōscientia se eadē cōmissis
se q̄ corripit, ut in can. Cōmissos ergo sibi prælati saluta-
rib⁹ monitis excitare iubet, et uirtuosis opibus edifica-
re, ut a peccati torpore surgētes in sanctis cogitatiōi-
b⁹ et operibus excubātes, de breui et trāsitorio labo-
re manipulos referāt exultatiōis eternæ. De secūdo sci-

SPECVLVM

licet de reprehensibili culpa dicit Augustinus: Si ea inquit, in me reprehendis quæ reprehēdenda non sunt, te ipsum potius lædis quam me: exemplo illius, qui arcum tendit & tenendo uulnerat se ipsum. Sunt autem nonnulli ita in malitijs indurati, qui nullo modo corrigi uolunt, nec etiam emendare se ipsos, cuius est duplex ratio demonstratiua. Prima est, quia nunquā bene corrigit librum, qui dorsum uertit ad exēplar. Exemplar omnis Christiani Christus est, cui moribus & uita cōæquari debet. Vnde Cyprianus: Christianus

**Cyprian. de
12. abusion.**

nemo recte dicitur, qui Christo moribus nō cōæquatur. Et Augustinus de uita Christiana; Christiani nomen ille frustra sortitur, qui Christum minime imitatur. Peruersi autem uertunt huic exemplari scilicet Christo dorsum, & ideo difficulter corriguntur. Secunda ratio, quia respiciens exemplar solum in ea parte, in qua est corruptum, nunquam bene corrigit librum suum. Exemplar subditorum est prælatus eorum. Sed quia peruersi non considerant in prælato nisi uitia & defectus qui in eis sunt, ideo difficulter corriguntur. De talibus dicit Seneca: Nobilis equus umbra uirgæ regitur, ignauus nec calcaribus concitari potest. Et Petrus Rauennas in quodam sermone: Peruersum corrigere nihil aliud est, quam stimulare infanum, quam oleum adhibere camino, & uentis incendia superare, sed bonus prælatus dolens super periculo, incorrigibilis subditi, attendere debet pro consolatione sua, quod stabulario dictum est: curam illius habere. Curam habere & non curare præciperis. Cura ergo, & labora. Nam si ægrotum non curaueris, implesti tamen medici uices, si nihil ex contingentibus omisisti. Apostolus non dicit plus profui, sed plus omnibus laborari. Deus autem mercedem laborum sancto-
rum

**In lib. de mo-
ribus.**

rum
ideo
in pl
secu
die,
non
omn
cor
epi
com
dun
nt
et f
cor
dice
post
ita u
re ca
min
uel
sua
qd
test.
rius
tion
per
per
dix
tis.
to a
sic
crep
ger

rum nõ ex prouentu laboris, sed ex labore metitur
 ideo Paul⁹ non in plurima obuentione laborum, sed
 in pluribus laborib⁹ gloriatur. Sufficit si cū apostolo
 secura conscientia dicere merearis: Contestor uos ho-
 die, quia mundus sum a sanguine omnium uestrum:
 non enim subterfugi, quo minus annunciarem uobis
 omne consilium dei. Circa tertium, scilicet modum
 corripiendi, notanda est sententia Senecæ in quadam
 epistola: Obiurgationi, inquit, semper aliquid blande
 commisce. Facilius penetrant uerba quæ mollia ua-
 dent, quam quæ aspera. Idem alibi: Nemo prudens pu-
 nit qd peccatū est, sed ne peccetur. Res enim optima
 est sceleratos non extirpare, sed scelera. Hunc modum
 corripiendi pulchre docet Gregorius Nazanzenus, ita
 dicens: Reçtori qui alijs præest, omni opere peccati
 post tergum relicto, proficere in optimis conuenit,
 ita ut possit profectus sui exemplo inuitare & allice-
 re ceteros ad uirtutem, præcipue per humilitatis a do-
 mino nobis traditam formam. Non enim oportet uel
 uel necessitate cõstringere, sed ratione & uitæ exēplis
 suadere, quia omne quidquid extorq̃t inuitis cū eo
 qd tyrannicū est uidetur, nec perseverare quidem po-
 test. Modum etiam corripiendi subditos docet Grego-
 rius papa dicens: Iuuenes plerumq; seueritas ammoni-
 tionis ad profectum dirigit, senes uero ad meliora o-
 pera deprecatio blanda componit. Et Augustinus su-
 per epistolam ad Galatas: Quidquid lacerato animo
 dixeris, punientis est impetus, non charitas corrigen-
 tis. Dilige, & dic quidquid uoles. Porro de præla-
 to ambizioso & negligenti ad corripiendum subditos
 sic dicit Gregorius libro uigesimo Moralium: Si ab in-
 crepatione idcirco reticemus, quia contra nos insur-
 gere subditorum odia formidamus, nõ iam lucra deũ

In lib. de mo-
ribus.

In Apologe-
tico.

In pastoral.

Lib. 1. de ci-
uit. dei.

sed nostra quærimus. Sed ad hoc notandum est dictum beati Augustini: Si, inquit, propterea obiurgandis & corripiendis mala agentibus quis parcat, quia oportet minus tempus inquirat, uel eisdem ipsis metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur, uel ad bonam uitam & piam erudiendos impediunt, aliosq; infirmos puniant & auertant à fide, non uidetur esse cupiditatis occasio, sed consilium charitatis. Idem quoq; sentit Chrysostrmus

Chrysostrmus.

in suo dialogo, libro 20: Non, inquit, uniformiter secundum mensuram delictorum increpationes oportet inferri: sed diligenter inspicere eorum qui deliquerunt uires atq; propositum: ne forte uolens rupta sartire, maiorem aperiat diruptionem, cupiens erigere collapsa, casum inferat grauiorem. Idem: Ita, inquit,

In dialo. lib.

5.

oportet prælatum inter eos se agere, quos gubernat, sicut pater inter filios nimis paruulos, id est, sicut ille nec contumelias sentit, nec uerba paruulorum atq; ut eorum non teritur dolore aut indignatione, ita nec risu aut obsequijs, ut superbiat, intumescit: ita & prælati nec laudibus efferi, nec concidere debet uituperatione subditorum. Si uero quis cum ambitione et appetitu laudis alienæ prælationis adsumat officium, quas curas & quos pati arbitraris dolores? Sicut et matre nūquam immotum potest uideri: ita nec illius animus, uel sollicitudine uacuis uel dolore. Propter quod oportet exerceri maxime in contemptu laudis humanæ, quæ si prælati laudum cupiditate capiatur, nihil de studio suo, aut de sermonis uirtute utilitatis adipiscetur, quia non sustinens imperitorum reprehensiones fatigatur & corrumpitur, atq; ipsa studia derelinquit. Denique sanctorum testimonio satius est, ut pro exuberanti misericordia, quam pro exacto rigore iustitiæ iudicemur. Idem libro 12, Sit, inquit, prælati benignus,

Chrysostrmus.

102

seuerus, neq; enim uno mō erga omnes subditos uti potest, quoniā nec medicine una eademq; lege omniū possunt infirmitatibus subuenire, nec gubernator unum modum discit, quo uētorum flatibus obnitatur.

Vnde notanda sunt uerba quæ sapientiæ duodecimo de deo scribuntur: Tu autem dominator uirtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. In quibus uerbis notantur duæ conditiones necessariæ cuilibet prælato siue iudici uolenti punire delinquentes, scilicet quies & sedatio turbationis, mora & expectatio deliberationis. Primo nāq; requiritur in prælato siue iudice ad hoc, qd recte exerceatur iustitia, quies & sedatio cuiuslibet turbationis. Nam turbati recte iudicare non possunt. Et quantum ad hoc dicit sic: Tu autem dominator uirtutis, quia uidelicet dator est uirtutis, & rector uirtutis, cū tranquillitate iudicas, nō ex passione iræ uel offensæ, sed sine quacunq; turbatione, iuxta illud Isaia: In ueritate educet iudiciū, non erit tristis neq; turbulētus. Plato q; dicit: Cū in subiectos potestas sæuit, idē est ac si tutor pupillū persequatur, uel eum tuo mucrone iugules, ob cuius defensionē ab eodē traditū tibi gladiū accepisti. Idem etiam in secularibus literis fertur dixisse. Proinde est cū subditos opprimit magistratus: ac si caput corporis intumescat, ut a mēbris aut omnino, aut sine molestia ferri nō possit. Veteres etiā philosophi in moribus & sciētijs studuerūt, principes docuerūt tā uerbo q̄ exēplo, quod nūq; irati in reos animaduertēt. Vñ de Archita Tarētino scribit, q̄ is de præceptis Pythagoræ, multo opere magnoq; labore solidū op^o doctrinæ cōplex^o, post in patriam redijt, ac dum rura sua reuiseret, cœpit aiaduertere negligētia uillici ea corrupta et perditā esse, intueſque male meritum dixit: **D** iū. situm.

420

Plato.

Architas Tarē.
ren.

SPECVLVM

Plato iratus Sumpfifsem, inquit, à te supplicium, nisi iratus essem.
uindictā su- Maluit enim impunitum dimittere, quam propter irā
mere noluit. iusto grauius punire. Item de Platone scribitur, quod

Lib. 9.

cum aduersus delictum serui uehementer exarsisset, uidens quod uindictæ modum seruare nō posset. Pseu- sippo amico suo castigationis modum mandauit. Vnde dicit Seneca: Nihil tibi liceat, dum tralceris. Secundo requiritur in iudice ad hoc quod recte exerceatur iustitia, mora & expectatio deliberationis, sic quod non ex impetu uel ex abrupto fiat sententiæ iudicialis executio. Et ideo in historia tripartita narratur, quod beatus Ambro. iniunxit Theodosio imperatori quod legem talem ediceret, quod triginta diebus sententiæ necis & proscriptionis in literis tantummodo maneret, ut homo causam iudicans apud semetipsum quæ cognouerunt, sub ueritate disponat. Cum enim apud Thessalonicam quidam iudicum fuissent lapidati, indignatus Theodosius omnes passim iussit interimi, non præcedente iudicio, intantum quod septem milia hominum occisa fuerunt. Hæc igitur lex postea statuta fuit ab eo sub hac forma: Imperator Gratianus Valentinianus Theodosius Augustus, Flauiano prætoris præfecto Illyrici. Si uindicari in aliquos seuerius contra nostram consuetudinem pro causæ intuitu iusserimus, nolumus statim eos aut subire pœnam aut excipere sententiam, sed per triginta dies fors & fortuna, id est, sententia super statutum eorum suspensa sit. Reos sane suscipiant carcer atq; custodia, & excubijs solertis inaniter obseruet. Vnde pro excessu Theodosij beatus Ambrosius per octo menses eum ab introitu ecclesiæ coartrauit, & postea ab excommunicatione absoluit. Constat deniq; Varronis esse sententiam, ut feratur quod tolli non potest, hoc tamen fidelis adiecit
inter

Varro.

PRAELATORVM Flo. 29.

Interpretatio, ut uicium intelligatur quod honeste fi-
ri potest & religione incolumi.

*Quod praelatus accusandus & damnandus
est pro delictis subditorum, quos
male regit.*

CAP. VII.

QVALE uere illud arbitramur, quod redde-
re causas praelatus cogitur pro omnibus quos
gubernat, cum certe non uerecundiae solius, sed aeter-
ni cruciatus est poena metuenda. Ideo enim dictum est *Hebr. 3.*
Obedite prepositis uestris & subiaccete eis, ipsi enim ui-
gilant quasi pro animabus uestris rationem redditu-
ri. Consideremus quid dicit: Rationem, inquit, reddi-
turi. Quod licet iam dixerim tamen nec nunc taceo.
Metus quippe ac timor istius cominationis animum
meum iugiter quatit. Nam si ei qui unum scandalisa-
uerit & minimum, expedit ut mola asinaria suspenda-
tur in collo & demergatur in mare, & omnes qui in
conscientia fratrum peccant, in Christum delinquit,
illos qui non solum unum, neque duos, neque tres: sed tam
multitudinem perdunt, quale iudicium arbitra-
ris accipere? Neque enim imperitiam causari poterunt,
neque ad ignorantiam conuolare, neque necessitatem ap-
ponere de aliorum coactu, sed citius puto aliquem lai-
corum qui gehennae pro peccatis suis probatur obnoxius,
hoc adiunandum esse suffragio, quam praelatum cum
accusatur pro aliorum delictis. Quamobrem? Quoniam
am is qui fuerat constitutus, ut ignorantias emenda-
ret aliorum & diaboli denuncicaret insidias, ignoran-
tia

etas emendaret aliorum, & diaboli denunciaret infidias, ignorantia se defendere non ualebit, neque dicere: Non audiui tubam, nec præscui pugnam futuram. In hoc quippe est constitutus prælatus sicut Ezechiel dicit: ut etiam clamore sermonis sui instituat & denunciaret asperum bellum. Propter hoc nullum habebit in excusatione suffragium, etiam si unus aliquis defidia eius erit interemptus: Si, inquit, ueniente gladio non insonuerit tuba neque significauerit speculator, et ueniens gladius acceperit animam, illa quidem mortua est propter iniquitates suas, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. Desine ergo nos impel-

Prælatorum lere in iudicium inuitabile. Neque enim nobis de gubernatione militum, neque pro regno terreno deliberandum est, sed pro officio quod uirtutem exigit angelorum. Ipsi itaque radijs solis splendidiorem oportet existere animam prælati, ut nunquam a spiritu sancto deseratur, sed ut possit dicere: uiuo autem iam non ego, uiuit uero in me Christus. Si enim habitatores eremi, qui & ciuitatibus & fori tumultibus liberantur atque iugiter in portu quodam & tranquillitate consistunt, non tamen protinus aut habitationis aut abstinentiæ suæ felicitate confidunt, sed multas alias res ad custodiam sibi comparant magna consideratione & dicentes aliquid & agentes, ut cum fiducia et synceritate mundissima, quantum capit humana uirtus, accedere ad deum possint, in quantum opus esse uehementia prælati arbitraris, ut ab omni inquinamento animum suum uendicans spirituales possit custodire decorem.

Speculi prælatorum finis.

Prose